



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Viridarivm Sanctorvm**

Ex Menæis Græcorum lectum, translatu[m] et Annotationib. similibusq[ue]  
passim, historijs Latinis, Græcis; editis, ineditis illustratum

**Rader, Matthäus**

**Avgvstae Vindelicoꝝ, 1607**

S. Hypativs Episcopvs 1. Gangrensis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43013**

8. pro loci facultate tumulum parauit, eodem loco, vbi mortuam, repererat, multa precatus. Deumque debita laude veneratus humo condidit.

### ANNOTATIONES.

1. **M**etaphrastes copiosè præstantis huius virginis acta profecutus est. Extant & apud Lipom. t. s. & Surium. Celebrant hanc Molanus & Martyrolog. Romanum 10. Græcum 9. Nouembris.
2. Parum insulam Cretenses Arabes inuaserunt, in qua degebat S. Theoctista.
3. *Ex Eubæa, inquit Metaphrastes, Senatores huc Venerunt: habet enim Parus insula magnam ceruorum & caprearum copiam.*
4. *Aedem Desipara pius Senator more suo inquit Metaphrastes, religionis causa ingressus erat.*
5. Hæc aliter in Metaphraсте. Venator defunctâ non sepeliuit, sed cum lacrymis veneratus reliquias, manum eius præcidit, secumque abstulit, mox coactus referre, cum naus non nisi relata dextra propelli posset. Socij venatoris intellecto miraculo certatim & ipsi ex naui ad templum aduolabant, sed præter vestigia corporis nihil amplius reperere.

### S. HYPATIVS EPISCO- PVS I. GANGRENSIS.

15. Nouëb  
Ead proli-  
2. 166.

**S** Hypatius Constantino M. imperante floruit, vnus ex illis cccxviii. patribus

in

in Concilio Nicæno versatis, qui vitæ vir- 25. Febru.  
 turisque laude insignis ingentia patrauit  
 miracula, magnamque hominum copiam  
 Christo adiunxit, domumque hospitem  
 erexit, & \* forices, aliasque pestes regionem  
 vexantes verbo extrinxit. Noctu cum ob-  
 ambularet, velut illustre quoddam sidus  
 refulgebat, marisque acrimoniam in dul-  
 cedinem vertit. Constantio vero Con-  
 stantini F. regnante, immanis quidam draco  
 thesauro Imperatoris ita incubuit, uti ne-  
 mo auderet illuc aspirare: Quod si quis au-  
 dentior accederet; illico vita multabatur.  
 Imperator ergo inops consilij, fama ad se  
 de viro S. perlata, mittit, qui illum eant ac-  
 cersitum. Vbi venit, gazophylacium solus  
 accedit, ianuam referat: scipione quem  
 gestabat crucem præferente draconem icit,  
 trahensque velut cetum virga captum ex-  
 traxit, ingenti que rogo in foro, illius iussu,  
 excitato peremptum iaculo, concremavit.  
 Imperator percussus admiratione, ne quid  
 in posterum eiusmodi accideret, sanctam  
 illius viri imaginem ad ingressum ærarij ius-  
 sit figi. Inuidebant huius virtuti impij No-  
 uatiani, qui assidue in illum incurrebant,  
 præsertim perfidi Laziceni, qui positis illi  
 circa angusta viarum & prærupta monti-  
 um, qua transeundum erat, insidijs, .: . vene-

\* Vt S. V.  
 d'atricus  
 noster.

.: . Aßerpes  
 sion.

- randum senem repente simul viri fæminæque lapidibus obruerunt, cuius iam cadentis, & iam prope exanimati temporibus, sa-
2. crilega impurâq; 2 lamia, quæ totum hæreseos poculum exhauserat, saxum ingens, impegit, & quod reliquum erat vitæ, ademit. Ita ille decus martyrij est adeptus.

## ANNOTATIONES.

2. **M**olanus in Martyrologio Ancyranum facit Episcopum, quod acta in Menæis infra 25. Februarij & 31. Martij, repetita non memorant, sed natione Cilicem fuisse, Archiepiscopum Gangrensem, in Galatia martyrium obiisse tradunt. Martyrologium Rom. etiam hoc die Hypatium celebrat Gangræ Episcopum, vti & Menologium Græcorum.
2. Hæc ad tumulum postea Gangræ curata est, Act. 25. Febr. vbi plura de hoc in Menæis.

DE VENERANDO  
ZACHARIA GALCEARIO.  
ET IOANNE.

17. Nou. **V**IR quispiam fortuna illustris, Ioannes nomine, abiectis rebus humanis, precario cœpit viuere, ipsaque re bonorum sibi conciliabat societatem, & precibus totas noctes traducebât. In atrijs porro Domini peruigilare illi solenne erat. Ergo nocte